Diözese Passau / Salzburg,

Seite 223r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Ihesus solus intra. Videns eos laborantes in remigando erat
enim ventus contrarius eis. Circa quartam vigiliam noctis venit
ad eos ihesus ambulans super mare. Et volebat preterire eos. At
illi ut viderunt eum ambulantem super mare putaverunt
fantasma esse. Et exclamaverunt. Omnes enim eum viderunt et
conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis. Et dixit illis.
Confidite. Ego sum. Nolite timere. Et ascendit ad illos in
navem. Et cessavit ventus. Et plus magis intra se stupe
bant. Non enim intellexerant de panibus. Erat enim cor illo
rum obcecatum. Et cum transfretassent. venerunt in
terram genesareth. Et applicuerunt. Cumque egressi essent de navi
continuo cognoverunt eum. Et percurrentes universam regio
nem illam. ceperunt in grabatis eos. qui se male hale
bant circumferre. ubi audiebant eum esse. Et quocumque intro
bat in vicos vel in villas aut civitates. in plateis po
nebant infirmos. Et deprecabantur eum ut vel fimbriam vesti
menti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum salvi
fiebant. Dinca in xl. lc. E. b. p. ap. Ad Corinth.

Fratres: Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei rece
pistis. Ait enim. Tempore accepto exaudivi te. Et in
die salutis adiuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile:
ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offen
sionem. ut non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus
exhibeamus nos sicut dei ministros. in multa patientia. in
tribulationibus. in necessitatibus. in angustiis. in plagis. in carce
ribus. in seditionibus. in laboribus. in vigiliis. in ieiuniis. in castita
te. in scientia. in longanimitate. in suavitate in spiritu
sancto. in caritate non ficta. in verbo veritatis. in virtute dei. per ar
ma iustitiae dexteris et sinistris. per gloriam et ignobilit